UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

L. Ne clerici vel Monachi se secularibus negotiis immisceant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

8. Quid ſi quis immunitatis ſpe in ipſis deliquerit Eccleſiis vel cœmeteriis?

c. ult. h. t. Is hoc ipſo ſe indignum privilegi
Gutierez. cit, neque juvari ab Eccleſia debet, qu
2. qu. civ. c. caſionem delinquendi ab ipſa capit Ec
1. per tot. ſia. Fruſtraque legis invocat auxilium,
in legem committit.

Ne Clerici vel Monachi ſe ſecularibus negotiis immiſceant.

TIT. L.

Attributis & taliis, cæteriſque oneribus perſonalibus immunitatem non merentur Clerici vel Monachi ſe negotiis ſecularibus immiſcentes.

1. Quibus ergo negotiis Clerici ſe immiſcere prohibentur?

EA varia recenſentur hoc Titulo, vel
ti contentiones vel rixas, litesve am
re & perſequi, excepta defenſione or
c. 1. h. t. c. 2. phanorum & viduarum: Laicis mi
eod. c. 4. & ſtrare, & procurationes aliorum ne
9. eod. c. 8. tiorum ſuſcipere, ac nomine poteſta
eodem. ſecularium judiciis præeſſe, judicium
ſanguinis agitare: idem tabellion
officium exercere, & lucri cauſſa ne
cap. 6. eod. tiari. A quibus & id genus aliis om
no abſtinere debent; adeo ut ne le
qui-

quidem civiles audire aut medicinam diſcere eis ſit permiſſum, præſertim Religioſis & Monachis, atque etiam Clericis dignitatem vel perſonam obtinentibus, quorum proprium eſſe debet ſtudium Theologiæ & juris Canonici. *c. 3. & ult. eodem.*

3. Quæ ſunt pœnæ ſe negotiis ſecularibus immiſcentium?

Eæ quoque variæ ſunt, pro varietate negotii, cui Clericus vel Monachus incumbit; veluti ab officio & beneficio depoſitio in Clerico procuratore & vice Principis ſecularis judicante, vel judicium ſanguinis agitante; munusve tabellionis exercente: privilegii immunitatis amiſſio in Clerico negotiatore, ſi tertio monitus non deſtiterit: excommunicatio in Clerico, vel Religioſo profeſſo Leges vel medicinam audiente, ſi redire ad clauſtrum detrectet &c.

FINIS.